



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 138. Sessio XLV. & ultima. Finis Concilii decima sexta Novembris Anno 1414 inchoati, & decima nona Augusti hoc anno absoluti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)

Sæcul. XV. successorem nominabat Joannem de Walenrod Rigensem Archiepiscopum; huic quippe Cardinales Leodiensem Ecclesiam jam tum promiserant, cum a Cæsaribus ac Germanorum partibus deficeret, ac in electionem Pontificis reformationi Ecclesiæ præmittendam consentiret.

*Vid. supr.
§. 58.*

§. CXXXVIII.

Sessio XLV. & ultima. Finis Concilii decima sexta Novembris Anno 1414. inchoati, & 19. Augusti hoc anno absoluti.

Labbe Conc. to. 12. p. 258. Tandem Patres Synodo finem impositi turi Sessionem XLV, & ultimam die 22. Aprilis præsente Imperatore celebrarunt. Ubi Cardinalis Aquilejensis Missam de Spiritu Sancto solemniter decantabat, qua absoluta Præsidis locum sibi proprium occupans, sermonem legit, dein vero Cardinalis *S. Viti in Macello* elata voce jussu Papæ ac Concilii hæc verba pronuntiavit: *Domini, ite in Pace, & omnes adstantes responderunt: Amen.*

§. CXXXIX.

Poloni condemnationem Libri Falckenbergii urgent.

Dlugosz hist. Polon. l. II. n. 376. Jamjam suggestum concenderat Episcopus Cathanensis orationem dicturus, cum